Roseu memoriale divinoru eloquioru Petri de Rosen:
clavim [illegible] Moralis; Dialogi Gregorii Pape;
Expositio Missae Metrica.
Jesuida Hieronymi de Vallibus.
Aegidij de Assisia conferentia
Homilia Mercati O. Pr. etc de fine mundi
Tractatus de arte et vero modo praedicandi.

Varia ut in indice

Quattuoꝛ nouissima cū multis exēplis pulcherrimis.

Emorare nouissima tua et in eternū non peccabis Ecci. vij. Sicut dicit beatus Aug⁹ in libro meditationū. Plus vitāda est sola pcti feditas. quā quelibet tormentoꝝ īmanitas. Cū ergo nouissimoꝝ noticia ꝛ illorum frequēs memoria a pctis nos reuocat. ꝟtutib⁹ nos copulat. ꝛ in oī bono ope nos retinet ꝛ cōfirmat. Jō diuina inspirāte grā de his nouissimis. videlicet q̄ ꝛ q̄t illa sunt modicum ꝓposui dicē ꝛ narrare. Nec nō qđlibet pcise q̄dāmō declarare. Est ergo notādū ꝙ q̄ttuor sunt nouissima ꝯiter apud scōs in numero cōputata. Sicut ptz eui dēter ex ꝟbis btī Bern̄. in q̄dā sermōe sic dicētis. Jn oib⁹ opib⁹ tuis memorare nouissima tua. Que q̄dē q̄ttuor sunt. mors. iudiciū. gehēna. ꝛ glīa. Quid horribili⁹ morte. q̄d terribili⁹ iudicio. q̄d intolerabili⁹ gehēna. ꝛ q̄d iocūdius celesti glīa. Hec Bernar. vbi supra. Jsta sunt q̄ttuor rote currus aīe vehentes eā ad eternā salutē. Jsta sunt q̄ttuor incitamenta incitātia spm̄ hoīs. vt spretis oib⁹ mūdanis ad suū redeat creatorē. Est ergo cōueniēs ꝛ vtile ꝙ habeātur in cōtinua recordatiōe. Et ĝ dt Sap. Ecci. xxvij. Memēto nouissimoꝝ. Vn̄ quidā volēs hec nouissima frequēter hr̄e pre ocul' ꝛ iugiter ī memoria ꝟsificādo sic loquit̄. Bis duo sunt q̄ cordeten⁹ sub pectore misi. Mors mea iudiciū: baratri nox: lux ꝑadisi Vlex cum totalis hui⁹ opusculi ꝓcessus principal'r ad hoc conat̄ inducere vt nouissimoꝝ celebris memoria cordialit̄ ꝛ intime humanis cordib⁹ imprimat̄. Cōtinue ergo videbitur rei ꝯsonum. vt pn̄ti huic libellulo nomē cordiale loco sui tituli si placet imponatur

¶ De morte corporali

Rimū igitur nouissimoꝝ cui⁹ memoria ē a pctis retractiuū est mors pn̄s siue corpalis. Vn̄ Bern̄. in speculo monachoꝝ. Summa philosophia ē meditatio mortis assidua. hāc quocūqꝫ hō pꝛeterit secū portet. ꝛ in eternum nō peccabit. Jtē Aug⁹ in li. exhortationū. Nihil sic reuocat a pctis. sicut frequēs meditatio mortis. Hec est eñ illa q̄ facit hoīem se humiliare. oīa cōtemnere. ꝛ pn̄iam aggredi siue acceptare

¶ Q̄ꝛ meditatio mortis fcit hoīez se hūiliare

Jco ergo ꝙ mortis recordatio facit hoīem se humiliare.

Vñ Aug⁹ in libro de ṽbis dñi. Agnoscat homo se mortalem et frãgat elationem. Cetera nr̃a ꝛ bona ꝛ mala icerta sunt. Sola mors est certa. Unde q̃uis aduent⁹ eius hora nobis ē occulta ꝛ incerta. Ipsa tñ est certissima. ꝛ veniēs venit cito ꝛ nō tardabit Vñ Ecci. xiiij. Memor esto qm̃ mors nō tardat. Scribitur em̄ in Tobia. Mors ꝓperat fuga nulla patꝫ mortale tributum Soluē nature lege teneť homo. Ad idem dt Bern̄. in ſmone. Miser hō quare te omni hora nō disponis ad mortē: Cogita te iam mortuū quem scis de necitate morituꝝ. Distingue qliter oculi tui vertētur in capite. vene tue rumpētur. cor scindeť ī dolore. Quis ergo iam nō timebit ꝛ se humiliabit. cum certissime scit se morituꝝ. ꝛ in terram reuersuꝝ Nulla em̄ erit ꝑsonaꝝ acceptio. sicut nec fuit vt scribiť. ij. Re. xiiij. Oēs morimur ꝛ qsi aque dilabimur in terram q̃ non reuertūtur. Vñ in Richardo. Jure vocata fuit mors. qꝛ morsus amar⁹ omnib⁹ est. a quo nemo cauere pt̄. Hinc dr in libello de cōtemptu mūdi. Mors resecat. mors omne necat qđ carne creať. Magnificos ꝑimit ꝛ modicos. cūctis dominať. Nobilium tenet imperiū nullumqꝫ veretur. Tam ducibus qꝫ principib⁹ cōmunis habeť. Mors iuuenes rapit atqꝫ senes. nulli misereť. Jlla fremit. genus omne tremit qđ in orbe moueť Jlla ferit caro tota perit. de sub pede mortis Cōteritur nec eripiť. vir robore fortis. nil redimit. dū mors perimit. qꝛ federa nunqꝫ. Nec ꝑcium nec seruitiū mors recipit vnqꝫ. Sed qđ plura loquar. nulli mors impia parcit. Nec euadet inops. nec qui marsubia farcit. Certe audio nūc ꝙ mors ē vltima linea rerum. Vñ scribitur in Gheta. Omnia mors tollit. doctum cecidisse Catonem. Atqꝫ ip̄m socratem ꝓcubuisse ferūt. Ecce qualiter scia aut doctrina nullum ꝑseruat a mortis iaculis ꝛ ruina Nam vt scribiť Eccľ. ij. Moritur doct⁹. silr ꝛ indoct⁹. Vñ Esaie. xxxiij. dr. Ubi est legis ṽba ponderās. vbi ē doctor paruuloꝝ. Quasi dicēt. Nō sunt neqꝫ viuūt. sed eodem cursu cum alijs trāsierūt. Sed cum Gheta solum duos dictos ante nominat fore morte peremptos. Dic mihi tu. Ubi Alexānder potētissim⁹: vbi Judas machabe⁹. ꝛ Sampson vir fortis virib⁹: vbi Cresus ditissim⁹: vbi Absolō pulcherrim⁹: vbi Galien⁹ medicus. et Auicēna ei⁹ socius: vbi Salomō prudentissim⁹: vbi Aristoteles peritissim⁹: vbi Plato: vbi Porphi

rius? vbi doctissim⁹ poetarum Virgili⁹. Nonne omnes tanq̄
peregrini ⁊ hospites vni⁹ diei velocissime trāsierunt. Vere sic.
Nam vn⁹ ex eis nō remāsit. qꝛ in vanitate defecerūt dies eorū.
et anni eoꝝ cum festinatiōe. Nam vt dꝛ in Psalmo. In imagi
ne ptrāsit hō. Nunc em̄ fortis ⁊ san⁹. cōpos ꝑ omnia. cras ve-
ro debilis aut languid⁹. fessusq̄ī terra cum dubia ⁊ fragil' sit no
bis vita tributa. Qd etiam ibi clare ptꝫ fm phūm. qui Adriāo
impatori de essentia ⁊ statu homīs interrogāti sic rn̄dit. Hō est
mancipiū mortis. hospes loci ⁊ viator trāsiens filis aceruo ro-
se min⁹ mature atq̄ pomo nouo. Ex his facilit̄ comprobat̄ q̄
fragilis ⁊ labilis ⁊ q̄ indurabilis ē humana vita. nō solum mo
paupis. verumetiā cuiuslibet quātumcūq̄ diuitis aut potētis.
Nam commune mori. mors nulli parcit honori. Mors fera.
mors nequam mors nulli parcit: ⁊ equam. Mors seruat legem
tollit cū paupe regem. Nā regis ⁊ paupis lex est moriēdi com-
munis. Dat cām flendi si bn̄ scripta legis. Vn̄ Job. xx. sic scri-
bit̄ de diuite ⁊ elato. Si ascēderit vsq̄ ad celum supbia ei⁹. ⁊ ca
put ei⁹ nubes tetigerit. q̄si sterquiliniū ī fine pdet̄. ⁊ qui cū vide
rint dicēt. Vbi est: velut somniū euolās nō inuenietur transijt
sicut visio nocturna. Item Baruth. iij. Vbi sunt pricipes gen
tiū ⁊ q̄ dominātur sup bestias q̄ sunt sup terram: q̄ in auib⁹ celi
ludūt. qui argētum thesaurisant. ⁊ auꝝ in quo cōfidūt homies.
et non est finis acquisitiōis eorum. qui argētum fabricāt ⁊ sol-
lici sunt. nec est inuētio opeꝝ illorum. Extermīati em̄ sunt ⁊ ad
inferos descenderūt ⁊ alij ī locum eorūdem surrexerūt. Vnde
Prosper ī suis sentētijs sic ait. vbi sunt insupabiles oratores?
vbi qui cōuenietius festa disponebāt? vbi equoꝝ splendidi nu-
tritoēs? vbi exercituum duces? vbi satrape ⁊ tyrāni: nōnne om
nes puluis ⁊ fauille: nōne in paucis vsib⁹ est eoꝝ memoria vite
Respice sepulcra. ⁊ vide q̄s seru⁹ ⁊ quis domin⁹. quis paup et
quis diues. Discerne si potes victum a rege. fortē a debili. ⁊ pul
chrum a deformi. Item dr̄ Chrysostom⁹ in libro de reparatio-
ne lapsi. Quid pfuit illis q̄ in luxuria corpis ⁊ in pn̄tis vite vo
luptatib⁹ vsq̄ ad vltimum diem pmanserūt. intuere nūc sepul-
cra eorum. Vide si est aliquid iactātie vestigium. si aliqua diui-
tiarum vel iactātie signa cognoueris. Require vbi nūc vestes
et ornamēta peregrina. Vbi nūc ⁊ spectaculoꝝ voluptas. vbi i

et secutorum turbe et opulētia. risus iocus. immoderata atq; ir refrigerata leticia. quo abscessit. vbi illa nunc et ipsi. finem vtrorumq; intuere diligētius. et accede propi⁹ ad singulorum sepulcra. Vide cineres solos. et feditates vermium reliquias et recordare hūc corporum esse finem. etiam si in delicijs et leticia. etiam si in labore et cōtinentia transegerint hic vitam. Item Bernardus in suis meditationib⁹ sic inquit. Dic mihi. vbi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum erant. nihil ex eis remāsit nisi cineres et vermes. Attende diligēter quid fuerint. Homīes fuerūt sicut tu. comederūt. biberunt. riserūt. duxerūt in bono dies suos. et in puncto ad inferna descenderūt. Hic caro eorum vermib⁹. et illic anima eorū ignib⁹ deputatur. donec rursus infelici collegio colligati sempiternis inuoluātur incendijs qui socij in vitijs et in peccatis fuerunt. Quid pfuit illis inanis gloria. breuis leticia. mundi potētia. carnis voluptas. false diuitie. magna familia. et mala cōcupiscentia. Vbi risus. vbi ioc⁹. vbi iactantia. vbi arrogātia. De tanta leticia quanta tristicia. post tantam voluptatem tam grauis miseria. De illa exaltatione ceciderūt in magnam ruinam et grauia tormēta. quicquid illis accidit tibi accidere potest. Quia homo es. homo de humo. limus de limo. De terra es. de terra viuis. et in terram reuerteris. De his supradictis amatorib⁹ mundi. tam carnaliter et seculariter viuentib⁹ nec mortem metuentib⁹ iam vicinam sic loquitur Bernard⁹ ad fratres de monte dei. O miserabiles miseri. quos ipse miserie hui⁹ vite et vie seducunt. dum in bonis dies suos ducūt. et in puncto ad inferna descendūt. Nam vt dicitur in Psalmo. Veniet mors super illos et descēdent ad infernum viuentes. Certe nūc quilibet eorum possz dicere. Circumdederunt me dolores mortis. et pericula inferni inuenerunt me. Hi sunt miserabiles miseri quos vita presens hic seducit. De quibus dicitur Job. xxi. Impij viuūt subleuati. confortatiq; diuitijs semē eorum permanet coram eis. ꝓpinquorum turba et nepotum in cōspectu eorum. Dom⁹ eorum secure sunt et parate. et nō est virga dei super illos. Bos eorum cōcepit et non abortiuit. vacca peperit et nō est priuata fetu suo. exultant lusibus. tenent tympanum et citharam. et in puncto ad inferna descendūt. O q̄ȝ male fecūdatur q̄ȝ stulte ludificatur. Qui propter florem

mundi vanumqꝫ decorem. Qui prius apparet quasi flos ⁊ pti
nus aret. Uadit ad infernū perdit diadema supernum. Val-
let preterite ꝙ in omni tempore vite. Pauper vixisset. nec diui
tias habuisset nec immerito. nam quid tunc thesauri. quid acer
uus proderit auri? Cum peccatores mittūtur ad īferiores. In
ferni latebras ignem pariterqꝫ tenebras. Semper passuri. nec
ab his vnqꝫ redituri. Charissime quid dicis de diuitib⁹ huius
seculi. Nonne moriūtur sicut ceteri. verissime in nullo vidētur
priuilegiati. Nam sicut dicitur Sapientie. vij. Unus ē introi
tus omnib⁹ ad vitam ⁊ similis exitus. Item Job xxi. Iste mo
ritur robustus ⁊ sanus diues ⁊ felix. viscera eius plena sunt adi
pe. ⁊ medullis ossa irrigantur. Alius vero moritur in amaritu
dine anime sue absqꝫ vllis opibus. ⁊ tamē simul in puluere dor-
mient. ⁊ vermes operient eos. Ecce qualiter diuites mundi et
potentes mortem cōmunem sortiūtur cum pauperib⁹. Unde
Eccle. .x. Omnis potētatus breuis vita. rex ē hodie ⁊ cras mo
ritur. De tali rege sine dubio sic legitur. pri. Machab. ij. Gloria
eius sterc⁹ ⁊ vermis. hodie extollit ⁊ cras non inuenietur. Exē
plum eñ accipe de excellentissimo mundi principe. videlꝫ Ale-
xādro magno qui vniuersum mūdum sibi subiugauit. Sic qđ
toti⁹ seculi solus domin⁹ putabatur. Unde legitur de ipo. Ma
gnus Alexāder quo primū Grecia rege. Floruit e terris mul-
ta trophea tulit. Hic mundi peragrās fines sibi subiugat orbē
Tota terra minor viribus eius erat
¶ Item in alio loco sic de eo scribit. Omnia rex regum sibi sub
dita regna videbat. Fecit eum fame son⁹ ⁊ fortuna monarchā.
Totus Alexādro famuletur subdit⁹ orbis. Magn⁹ ⁊ ī magno
dominetur maxim⁹ orbe. Sed post mundi triumphū. post vni
uersale ⁊ vnicum toti⁹ mundi adeptum imperium quid magni
sequebatur. Nunqđ regni stabilitas. aut potentie ꝑperuitas.
nunqđ corporis incolumitas. aut pn̄tis vite lōgeuitas. Certe
nequaqꝫ. sed illud cōmune omnib⁹. Ultim⁹ ad mortē post oīa
fata recursus. Tūc bn̄ potuit dicē Alexāder ī hora mortis sue
illud Job. Ecce ego quondā opulētus repēte cōtrit⁹ sum. Nā
solūmodo ꝑ duodecim ānos ⁊ nō ampli⁹ imperauit. Sic eñ scri-
bit de ipo Petrus in aurora Bis senis dominans annis morti
vir obedit. C⁹ viuit adhuc nescia fama mori. Silr de morte cō-

quere͂do potuit dicere illud Job. xix. Spoliauit me gloria mea. et abstulit coronam de capite meo. destruxit me vndiqꝫ ⁊ pereo Ecce charissime iam manifeste patet licet omnia cesar habet. tamen gloria cesaris esse desinit. ⁊ tumulus vix erit ei octo pedu͂. Ex quo apparet euide͂ter ꝙ regia maiestas, omnis terrena potestas. Prosperitas rerum: series lo͂ginqua dierum. Preterit absqꝫ mora mortis cum venerit hora. Unde dicit alius poeta. Es sapie͂s marcet sapie͂tia morte redunda͂s. Diuitie lapsu mobiliore fluu͂t. Es probus. expirat probitas. es honest⁹ honestas Labitur es fortis fortia morte cadunt. Sane iam video ꝙ singula de nobis anni furantur euntes. Et ergo Si fueris diues. pulcher fortis ve. quid inde Si dn͂s mu͂di. si rex. si papa Quid inde? Tam cito pretereu͂t hec omnia ꝙ nihil inde Sola mane͂t merita. quia glorificabimur inde. Unde Jsidorus in quadam omelia dicit sic. Dilectissimi pe͂sare debem⁹ quam breuis est mu͂di felicitas, quam modica est hui⁹ seculi gloria. qua͂ caduca ⁊ fragilis est te͂poralis pote͂tia. Dicat qui poterit. Ubi sunt reges? vbi principes? vbi imperatores? vbi rerum locupletes? vbi pote͂tes seculi? vbi diuites huius mu͂di. Quasi vmbra transieru͂t. et velut somnium euanueru͂t. Queru͂tur ⁊ non sunt. Quid dicimus ad hec. Reges obierunt. ⁊ principes mortui sunt. Multi tame͂ pute͂t se diu viuere. ⁊ quasi nu͂qꝫ morte cadere de presenti vita. Certe non sic impij non sic. Uos autem sicut homines moriemini. ⁊ sicut vnus de principib⁹ cadetis. Nam vt dt Seneca ad Lucillum. Huius eminentis vite cadere est exit⁹. Unde scribitur in Ghexta. Omnia mors delet. omnia morte cadu͂t Uniuersas em͂ felicitates hominum mors terminat ⁊ concludit. Nam cum predicaueris fidem Abrahe. pietatem Joseph. claritatem Moysi. fortitudine͂ Sampsonis. zelum Phinees. Dauid mansuetudinem. Helesei miracula. Salomonis diuitias ⁊ prudentiam. Absolonis pulchritudinem ⁊ formam semper extrema omnium luctus occupat. finisqꝫ historie finem hominis imponit. vnaqꝫ co͂clusio singulorum. videlicet ⁊ mortu⁹ est Ecce iam patet manifestissime per predicta ꝙ forma. genus. mores. sapie͂tia. res ⁊ honores non retinent hominem qui ruit i cinerem. Nam omne qđ est genitum tendit ad interitum. Hic est ꝙ Ouidius dt. Ortus cu͂cta suos repetu͂t matremqꝫ requi

runt. Et redit in nihilum quod fuit ante nihil. Omnia ad nihi
lum deuenerũt tanq̃ aqua decurrens. Similiter ⁊ ego miserri
mus quasi ad nihilum redactus sum ⁊ nesciui. Nam dies mei si
cut vmbra declinauerũt. ⁊ ego sicut fenum arui. Puluis em̄ su
mus. Homo sicut fenum. dies eius sicut flos. sic efflorebit. Quo
niam spiritus pertransibit in illo ⁊ non subsistet. ⁊ non cogno-
scet amplius locum suũ. Ecce iam considera ꝙ homo est res fra
gilis durans tempore paruo. Efficitur similis flori qui crescit
in aruo. Unde Esaie. xl. Omnis caro fenũ ⁊ omnis gloria ei⁹
quasi flos agri. Uere fenum est populus. exsiccatum est fenũ ⁊
cecidit flos. Et ergo cur superbit homo qui ē sicut fenum tecto
rum quod priusquã euellatur exaruit. Unde scribitur in Tho
bia. Est homo vas luteum. vas lamentabile. fenum aridulum.
fragilis glebula. saccus olens. Carnis vita. labor carnis. conce-
ptio tabes menstrua. putredo finis. origo luctus. Sperma pri-
us. modo sacc⁹ olens. Post vermib⁹ esca in tumulo. Pro qua
dote superbit homo. Item Bernard⁹ in libro meditationum.
Unde superbit homo. cuius cõceptio culpa. Nasci pena. labor
vita. necesse mori. Post hominem vermis. post vermem fetor
et horror. Sic in non hominem vertitur omnis homo. Attē-
de ergo principium vite tue. ⁊ medium ⁊ finem siue terminum.
et inuenies magnam occasionem te humiliandi. Quid cogitas
quid dicis. ⁊ quid temetipsum facis. Nõne puluis es ⁊ terra?
Scriptum est em̄ Ecclesiast. xij. Reuertatur puluis in terraꝫ
suam vnde erat. In terram vilissimam. ĩ terram putridam ver
mibus repletam. Job. xviij. Putredini dixi pater meus es tu.
mater mea ⁊ soror mea vermibus. Item Ecclesiast. xvij. Om-
nis homo terra ⁊ cinis: Et Genesis. iij. Reuerteris in terram
de qua sumpt⁹ es. quia puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Et
sicut ammonet Alanus Esto memor ꝙ puluis eris ⁊ vermib⁹
esca. In gelida putreus quando iacebis humo Non erit in mũ
do qui te velit vltra videre. Cum tua rãcidior sit caro rupta ca
ne. vnde Bernardus. Quid fetidius humano cadauere. quid
horribilius mortuo homine cuius erat in vita gratissimus am
plexus fit in morte horribilis aspectus. Quid ergo prosunt di-
uitie. qd delitie. qd honores. Diuitie nõ liberãt a morte. nec deli
cie a vermib⁹: nec honoẽs a fetore. O de⁹ eterne q̃ misera sorte

claudit omnis homo. Certe tu charissime si pdicta diligeter attederes. maximā humiliatiōis cām pcul dubio inuenires. Itē q mortis memoria hoiem humiliat ptz. iij. Reg. xxi. de Achab qui audita cōminatiōe mortis sibi fcā ab Helia iterim humiliatus est sic q dñs dixit ad Heliā. nōne vides achab humiliatum coram me. Legit q in roma curia quondā fieri solebat et adhuc fit suo tpe. q creato papa apportat coram eo stuppa. q incēsa dicebat sibi sub hac forma. Sic trāsit glia mūdi. hoc ē. sicut ignis stuppam velocit et cito redigit in fauillā. sic ois mundi gloria cito labit et pterit qsi vmbra. Narrat etiā Isidor. cōsuetudinem antiquit fuisse. q prima die coronatiōis impatoris Cōstantinopolitani. cū esset i glia sua. latomus quidā apportauit ei tria vel qttuor genera lapidum. dicēs ei q eligēt de q vellet sibi fieri monumētum. ¶ Item legit de btō Joāne elemosynario priarcha Alexādrino q dum sepulchrū ei fieret nunq voluit pfici. ordinās q i magnis festiuitatib in honore suo aliqs veniret ad eum ita dicēs. Dñe sepulchz tuū impfectū est iube illud pfici. qz nescis q hora fur est aduentur Et qre fiebāt ista de papa. impatore. et priarcha. qz oēs erant stat excellētissimi hui mundi nisi vt semetipos recognoscerēt hoies mortales Et vt spe lōgioris vite magnaninitate potētie seu rei terrene glie supbiendo se nō extollerēt. Sz mortis memoriam pre oculis habedo se in oibus humiliarēt. Vñ per pphetam dr in psalmo Sciāt gentes qm hoies sunt. hoies inq id est de humo seu de limo pcreati. et ideo necārio moriūtur. vñ Ecclesiast. xli. Omnia q de terra sūt in terram cōuertent. de quoz numero ois hō deputat. Vñ pphecta Hieremias dt. Terra. terra. terra. audi sermones meos. Terram vocat hoiem ter. Est em terra. qz de terra creat. i terra cōuersat. et in terram redit et mutat. Terra est creatiōe. conuersatio ne et morte Terra ē natura. vita et sepultura Terrā sapit. terrā lingit. terrā sitit et cōcupiscit. Cōglutinat est in terra vēter ei. descendit ad inferiora terre. Celestiū oblit pro terra pugnat. p terra mare nauigat. p terra terrā circuit et perambulat et sepi pro terra nūc hoc nūc illud hō miserabilis anxius laborat: nec a talib cessat. donec qui de terra sumpt est reuertitur in materiam primā videlz terram. dicēs illud. iij. Regū. ij. Ecce ingredior viā vniuerse terre. Et ideo cum fex. cum limus. cū

res, vilissima simus. Unde superbimus. quia ad terram. terra redimus.

¶ Quod meditatio mortis facit hoiem omnia contemnere

Facit etiam secundo mortis memoria hoiem omnia cōtemnere et tanq̄ nihilum se reputare. Unde Hiero⁹ in prologo suo sic inq̄t. Facile cōtemnit omnia. qui se semꝑ cogitat moriturum. Nam cōcupiscētia oculoꝝ cōtemnitur. quādo aliquis cogitat se breuiter omnia relictuꝝ. Cōcupiscētia carnis cōtemnit dūmodo quis cōsiderat q corp⁹ suum ꝓprium quasi in instanti erit cibus vermium Supbia vite despicit. dum quis hoc corde ponderat. q ille qui vult esse sup alios. ponetur in terra subtus pedes omnium q̄ est infimum elementoꝝ. Et ideo dt idem Hieronym⁹ in epl'a ad Cyprianum. Memēto mortis tue et nō peccabis. Qui cottidie recordatur se morituꝝ. cōtemnit p̄ntia festinans ad futura. Esau autem cōsiderans sibi mortez imminere faciliter cōtempsit terrena. Unde dicitur Gene. xxv. En morior quid mihi proderūt primogenita? Item Isidor⁹ aduertēs presentis vite breuitatem. et q ea que videtur hic possideri quasi instātissime videlz in morte relinquenda sunt. ad illorum exhortans cōtemptum sic inquiens ait. Si vis esse quiet⁹ nihil seculi appetas. Semꝑ requiem mētis habebis si curas seculi a te ꝓieceris. abijce a te quicquid bonum ꝓpositum poterit impedire. Esto mortu⁹ mundo. et mund⁹ tibi. Mundi gloriam quasi mortu⁹ non aspicias. ab affectu hui⁹ vite quasi mortu⁹ te iam separa. Sicut sepultus non habeas curam de seculo. Tanq̄ defunctus ab omni te purga negocio. viuēs cōtemne q͛ post mortez non poteris habere. Unde ait Seneca. Nihil eque tibi proficiet ad temperātiaz omnium reꝝ temporalium et cōtemptum sicut breuis eui et hui⁹ temporis incerti meditatio. Igitur dilecte mi dum viuis memori mente memēto mori. Unde legitur in libello de dono timoris q quidam magne litterature in philosophia datus mundi vanitatibus audiens semel legi in matutinis de longa vita patrum antiquoꝝ. et q semper dicebatur in fine ad quemlibet eorum et mortuus est. Unde Genesis quinto. Cogitauit q sibi etiam taliter eueniret quantumcūq; tempous viueret sup terram. et ex hoc concipiēs mundi cōtemptum intra-

uit ordinem predicatoꝝ. in quo fact⁹ est peritus magister ĩ theo
logia. ⁊ vir eximie sanctitatis. O q̃ꝫ bene habuit hic pre oculis
verba Ecclesiast. xi. sic dicentis. Si ãnis multis vixerit homo
et in omnib⁹ his letatus fuerit. meminisse debet tenebrosi tem-
poris ⁊ dierum multoꝝ. que cum venerint vanitatis arguẽtur
preterita Uere in die mortis patet vanitas ⁊ vanitatum vani
tas. ⁊ ꝙ omnia fuerunt vana. Uñ scribitur Eccles. iij. Cuncta
subiacẽt vanitati. ⁊ sic est reuera. vana sunt omnia vniuersa et
singula. Uanitas est vita nostra ⁊ quelibet mundi creatura.
Nam vt dicitur ĩ psalmo. Uniuersa vanitas omnis homo vi
uens. Tu autem estimas diu viuere. ⁊ hec temporalia ãnis plu
rimis in delicijs possidere. Charissime non sic. Homo vanitati
similis factus est dies e⁹ sicut vmbra pretereũt Ecce iam vides
ꝙ dies tui erũt pauci. ⁊ episcopatum tuum accipiet alter. Et iõ
Tẽpora longa tibi noli ꝓmittere vite Quocũqꝫ ingrederis se
quitur mors corporis vmbram. Ideo si bene inspexeris te ⁊ ver-
ba tibi dicta. ac etiam postmodum dicenda cordis auribus dili-
gẽter perceperis. potius deberes dicere. vado mori credens per
longum viuere temp⁹. Forte dies hec est vltima vado mori. Ti
bi enim dr̃ Luce. xij. Stulte hac nocte demones repetent aĩam
tuam a te. Que autem parasti. cuius erunt? Ergo vade mori.
vade certus quia velox ẽ depositio tabernaculi tui. vt scribitur
secũda Petri primo. Et cogita iam te mortuum quem scis de
necessitate etiam quãtoslibet annos procul dubio moriturꝫ Ac
cõtemne trãsitoria que statim ⁊ absqꝫ mora (q̃ꝫuis inuite) erũt
relinquẽda. Unde poeta refert. Predia terrarum. possessio di
uitiarum: fabrica murorum. grandis structura domorum. glo-
ria mẽsarum. cum delitijs epularum: Insignesqꝫ thori. mappe
ciphiqꝫ decori. Resplendẽs vestis que morib⁹ obstat honestis
Grex armẽtorum spaciosus. cultus agrorum Fertile vinetum
diuersa vite repletum. Gaudia natoꝝ. dilectio dulcis eoꝝ. Cũ
cta relinquẽtur. nec post hec inuenientur Ex his iam vide ⁊ cõ-
sidera ꝙ nihil stabile seu permanẽs est in presenti vita. vnde dr̃
Ecclesiastici. ij. Magnificaui opera mea. edificaui mihi domos.
Plantaui vineas. Feci ortos ⁊ pomeria. cõseui ea cuncti gene-
ris arborib⁹. ⁊ extruxi mihi piscinas aquaꝝ vt irrigarem siluas
lignoꝝ germinãtium. possedi seruos ⁊ ãcillas. multãqꝫ familiã

habui. Armenta quoqꝫ ⁊ multos auium greges vltra omnes qui ante me fuerūt in hierusalem. coaceruaui mihi argentum ⁊ aurum ⁊ substantias regum. ac prouintiarum feci mibi cantores ⁊ cantatrices. ac delicias filiorū hominum. Ciphos ⁊ vrceos ad vina in ministerio fundenda ⁊ supgressus sum opib⁹ omnes q̄ fuerūt ante me in hir'lm Sapiētia quoqꝫ pseuerauit mecum. ⁊ omnia q̄ desiderauerūt oculi mei nō negaui eis. nec phibui cor meum quin frueret voluptate ⁊ oblectaret se in his que parauerā. Cūqꝫ vertissem me ad vniuersa opa q̄ fecerāt man⁹ mee ⁊ ad labores in quib⁹ frustra sudauerā. vidi in omnib⁹ opib⁹ vanitatem ⁊ afflictionē animi ⁊ nihil pmanē sub sole. Uere nihil pmanet. oīa cū transeūt ⁊ labūtur q̄si vmbra. Uñ Joa. de garlādia. Qd̄ fuit est ⁊ erit: perit articulo breuis hore Ergo quid prodest esse fuisse fore: Esse fuisse fore tria sunt florida sine flore. Nā simul omne perit qd̄ fuit est ⁊ erit. Mūdus em̄ transit ⁊ cōcupiscētia ei⁹. Et iō. Qd̄ breuiter durat qs prudēs querere curat. Uñ Berñ. ī libro meditationū sic ait. Quid thesaurisat qs in terra. cum sine dilatiōe trāseat ⁊ illud qd̄ colligit. ⁊ ille q̄ colligit. Tu ergo hō quem fructū expectas in mūdo. cuius fruct⁹ est ruina: ⁊ finis mors: Utinam hec intelligēs ⁊ nouissima puideres. Item Petr⁹ blesensis in q̄dā epl'a sic dt. Gloria mūdi fallax ⁊ seductoria suos decipit amatores. Quicq̄d enim vel futuꝝ pmittit. vel in pn̄ti puidet. totū ad nihilum deuenit. tanqꝫ aqua decurrens. Ergo inspice q̄ꝫ fragilis. q̄ꝫ fallax. q̄ꝫ inanis sit mund⁹. ⁊ illius gloria. quam cupim⁹ Et igit o stultissime Cur cito nō spernis q̄ pretereūtia cernis: Nōne vides mundū miseꝝ nimis ⁊ furibundū. Sub gladio dire mortis languēdo perire

¶ Qd̄ mors facit hoīem pn̄iam acceptare

Uxta ordinem premissoꝝ nunc restat diligēter inuestigare qualiter mortis memoria facit hominem penitētiam aggredi siue acceptare. Illud clare patet Jone. iij. de Niniuitis q̄ ad cōminationem mortis penitētiam peregerunt. Item Luce iij. Facite dignos fruct⁹ penitentie. Et subdit. Securis ad radicem arboris posita ē idē cōminatio mortis. Cū occideret eos q̄rebāt eum ⁊ reuertebātur scꝫ ad penitētiam. Uñ Ambrosius

sup Lucam Ve mihi si pctā mea nō defleuero. ve mihi. si media
nocte nō surrexero ad cōfitendū tibi dn̄e. Ve mihi si dolū p̄prio
meo fecero. ve mihi si veritatem nō dixero Ad radicem arboris
securis posita ē. faciat qui p̄t fruct⁹ grē. qui dz p̄n̄ie. Adest dn̄s
et q̇ requirit fructū vite. Job etiam ꝯsiderās breuitatem p̄n̄tis
vite. poti⁹ elegit hic q̄ꝫ postmodum inutiliter sine fructu penitē
Vn̄ dicit̄ Job. x. Paucitas dieꝝ meoꝝ finietur breui. dimitte
me ergo vt plāgam paululum dolorem meum anteq̄ꝫ vadam ꝛ
nō reuertar ad terrā tenebrosam ꝛ optam mortis caligine Vle
re temp⁹ p̄n̄s est breuissimū Nam vt dr̄ Job. xiiij. Breues dies
homīs sunt. Item prima ad Corin. viij. Temp⁹ breue ē. ꝛ ideo
esset meli⁹ modo breuiter ꝛ leuit̄ sustinē modicum. q̄ꝫ postea do-
lere ꝛ inutilit̄ penitē p̱ infinita scl'a seculorū. Vn̄ dr̄ Aug⁹ in li.
de decem cordis. Melior ē modica amaritudo in faucibus q̄ꝫ tor
mētum eternū in viscerib⁹. De breuitate p̄n̄tis vite idem dr̄ in
sermōe. Vita homīs tota breuis ē ab īfantia vsq̄ꝫ ad decrepitā
senectutē. Adam em̄ si adhuc viuēt ꝛ hodie moreret̄. quid ei lō-
gitudo vite ꝓfuisset. certe modicū vel nihil. īmo posset dicē. Iā
mihi p̄terite fluxerūt tp̱a vite. Vn̄. Quid ꝓdest hoī si viuat se
cula centū Cum morit̄ vitam trāsisse putat q̄si ventū. Et ergo
dicit Aug⁹ sup̱ psalteriū. Si toto tp̱e illo viuēs ex q̊ Adā emis
sus ē de p̱adiso vsq̄ꝫ ad hodiernū diem. certe vidēs vitam tuam
nō fuisse diuturnā. q̄ sic auolasset. Vita aūt vniuscuiusq̄ꝫ hois
quāta est adde tātos libet ānos. duc longissimā senectutē Quid
erit. nōne q̄si aurora matutina: Item dr̄ idē in q̄dā omelia. Fra
giliores sum⁹. q̄ꝫ si vitrei essem⁹. Vitꝝ etsi fragile est. tn̄ bene ser
uatū ꝛ custoditū diu durat. vita āt humana qn̄atumcūq̄ꝫ serue
tur: durare non p̄t. Nam scribit̄ ad Hebre. ix. Statutū est om
nib⁹ homib⁹ semel mori. Vn̄ Seneca de remedijs fortuitoꝝ.
Vita nr̄a peregrinatio ē. cū diu ambulauerꝫ deniq̄ꝫ redeundū
est Hāc mortis necessitatē ꝛ humane vite breuitatē ꝯsiderabat
gētilis ille xerxes. De q̊ btūs Hiero⁹ scribēs in ep̄l'a ad Heliodo
rum. Sic inq̄t xerxes ille potētissim⁹ rex. q̇ subuertit montes.
mariaq̄ꝫ cōstrauit. cū de sublimi loco cernēt infinitā multitudi-
nē sui exercit⁹: dr̄ eo fleuisse q̄ nullꝰ eoꝝ q̊s cernebat sup̱uiueret
post centū annos. In humanis valde nccārium ē humanā vi-
tā non esse longeuā. Sicut Barlaā refert. ipsa cuidā arbori ꝯp̱a

tur. ad cuiꝰ radices sedēt duo mures. vnꝰ albꝰ. nigerq; reliquꝰ.
id ē dies ⁊ nox. huiꝰ arboris vite radices. incessabl'r corrodētes
Itē Augꝰ in originali tractās illud Jacobi. iiij. Que est nr̄a vi
ta? Vapor ad modicū parens deinceps terminat: sic dr. Vita
hec ē vita dubia. vita ceca ⁊ erūnosa. quā humores tumidāt. do
lores desiccāt. aera morbitāt. esce inflāt. ieiunia macerāt. ioci sol
uūt. tristicie cōsumūt. sollicitudo coartat. securitas hebetat. diui
tie iactāt. paupertas deijcit. iuuētus extollit. senectꝰ incuruat. in-
firmitas frāgit. meror deprimit. ⁊ post hec oīa mors interimit.
et vniuersis gaudijs sitū imponit. ita vt cū esse desierit. nec fuis-
se putet. Et hoc est qđ dicit Sapiē. ij. Exiguū ⁊ cū tedio est tē
pus vite nr̄e. Ex nihilo nati sumꝰ. ⁊ post erimꝰ quasi nihil fui-
mꝰ. Et ibidē. Umbra transiēs est tempꝰ nr̄m. Item Sap. pri
mo. Trāsiet vita nr̄a tanq̄ vestigium nubis. ⁊ sicut nebula dis
soluetur q̄ fugata ē a radijs solis. et a calore eiꝰ aggrauata. Job
xvi. Ecce breues anni trāsierūt ⁊ semitam ꝑ quā non reuertar.
ambulabo. Eiusdē nono Dies mei velociores fuerūt cursore. ꝑ
tereūt q̄si naues poma portātes. ⁊ sicut aquila volās ad escam
Eiusdē. vij. Dies mei velociores trāsierūt. q̄ a texēte tela succi
dit ⁊ cōsumpti absq; vlla spe. Memēto mei deꝰ q: ventꝰ est vita
mea. ⁊ non reuertat oculus meꝰ vt videat bona. nec aspiciat me
vllꝰ visus hoīs. Vn̄ Petrꝰ in aurora. Tela texētis citiꝰ tua vi
ta secat. Nam nullo trāsire die vel nocte morat. Qđ silis vēto
fuerat tua vita memēto. Que fugit absq; mora. q̄ sola transit i
hora. Ecce q̄ breuis ⁊ modica. q̄ instabilis ⁊ caduca. ē hec pn̄s
nr̄a vita. Nam vt scribit Eccī. xix. Numerꝰ dierum hoīm vt
multū centum āni. Sed iste numerꝰ ꝑ successus tp̄m est modi-
cum minoratꝰ. Vn̄ etiam in Psal. dr. Dies annoꝝ nostrorū
septuagita anni. Si āt in potētatibꝰ octogita anni. ampliꝰ eo-
rum labor ⁊ dolor. Sed q̄d est hoc tempꝰ octoginta ānoꝝ vel cē
tum annoꝝ ꝑ qđ hō viuit est hoc tempꝰ magnū. est hoc lōgum
annoꝝ spacium reputandū? Certe nō. sed respectu eternitatis
potiꝰ est momētum quā tempꝰ nominādum. Cū etiā mille an
ni sint an̄ oculos dn̄i sicut dies hesterna q̄ preterijt. ⁊ transit ve
lut vmbra. Vere vere hec ē vita breuis lubrica pena dolor. Itē
nō solum pōderāda est pn̄tis vite breuitas. sz etiam maxima i-
ertitudo. Cum dubia incertis versat vita periculis. Nescimꝰ

enim diem neq horam. Sz cum dixerit pax ⁊ securitas. tunc repentinꝰ supueniet interitꝰ. ⁊ forsitan fur ille ē hodie aduēturus Vn̄ poeta. Quis scit adhuc an nos plures complebimꝰ ān̄os Nescis an cras te mors sit raptura vel ante. Et ergo dr̄ Esa. xxxvij. Dispone domui tue q̄r morieris tu. ⁊ non viues. Et ibidem. Precisa ē velut a texēte vita mea. dum adhuc ordirer succidit me. Nam dū primo incepi viuē. in eodem tp̄e etiam incepi morti appropinq̄re. Vn̄ Sap. v. Nos statim nati cōtinuo desinimꝰ esse. Huic est q̄ Seneca in ep̄la dī. Quotidie morimur. nam q̄tidie demit̄ aliq̄ ps vite Et sic q̄d aliud est vita n̄ra q̄z quidam cursus siue trāsitꝰ Vn̄ non īmerito horologio ꝯpat̄. quod gradatim sp̄ trāsit. ⁊ vsq ad certū punctū cōtinuo discurrit. et tūc subito ac īprouise cadit. ac cāpanellas tāgit ⁊ eas sonitū facē cōpellit. Sic ī veritate vita n̄ra semp̄ labit̄ ⁊ fluit vsq ad certum punctū. Hoc ē ad vite terminū a deo p̄e statutū ⁊ prefixū quē nemo poterit p̄terire. Tūc em̄ deficit ⁊ cadit ⁊ cāpanellas realiter ⁊ ad lrām sese pulsare ⁊ sonare facit. Igit̄ euigila ⁊ prudenter expecta cursum vite tue. Nā horologiū tuū gradꝰ paucissimos habz p̄trāsire. Omni em̄ hora plures gradꝰ preterit ⁊ trāscendit. ⁊ statim cum ad vltimū p̄uenerit. in baratꝝ mortis subito dilabit̄ ⁊ cadit. Audi ergo q̄d poeta de hoc refert. Vita breuis velut vmbra leuis fugit annihilatur. Sic vadit subito q̄z cadit dum stare putatur ¶ Media nāq vita in morte sumꝰ Et ergo dr̄ de hoc Eccl̄. ix. ca. Nescit hō finem suū. sed sicut pisces capiūtur hamo. Et sicut aues comp̄hendunt̄ laqueo. sic etiam capiūtur hoīes in tp̄e malo. Ecce iā venit finis. finis venit. nam mors vite est vltimꝰ finis. Hic est finis cunctoꝝ hoīm qui ammonet̄ in domo luctꝰ. vt habet̄ Eccl̄. vij. Vnde dr̄ in libello metrico de vita ⁊ gestis ipsiꝰ Alexādri magni. O felix mortale genꝰ si semp̄ h̄ret Eternū pre mēte bonum. fineq timeret. Qui tam nobilibꝰ media q̄z plebe creatꝰ Improuisus adest: aīe discrimine magno. Ecce iam frater charissime. Vita q̄d est hoīs nisi res vallata ruinis. Est caro n̄ra cinis mō p̄cipiū modo finis Hinc est q̄ Bern̄. dicit. Cū recordor q̄ sum cinis. ⁊ q̄ cito venit finis. sine fine p̄timesco. ⁊ vt cinis refrigesco. Et q̄r s̄m Grego. valde se sollicitat hō in bono op̄e qui sp̄ cogitat de extremo fine. Igitur dilectissime. Oēm crede diem tibi diluxisse supremum.

Semp̱ habens memori mēte necesse mori. Quis ergo hō sane
mentis cōsiderās breuitatem et maximā incertitudinē hui⁹ mi
serabilis vite ac ꝓpinquitatē mortis iam venture: Quis aīad
uertēs diligēterqꝫ reuoluēs ꝙ anni nr̄i velut aranea mutabū-
tur ⁊ dies nr̄i sicut fum⁹ deficiunt. ⁊ ꝙ hō nat⁹ de muliere tam
breui viuit tp̱e. qui q̄si flos egredit̄ ⁊ ꝓteritur. ac fugit velut vm
bra: Quis etiā menteten⁹ hec ponderās ac intuēs cordialit̄ et
cōsiderās sic seducit̄ a diabolo mūdo ⁊ carne ꝙ penitē negligit ī
hoc tp̱e breuissimo. imo vt veri⁹ dicā in hac p̄nti horula siue mo
mēto Certe nemo negligit siue differt. nisi quē malicia sua peni
tus excecauit. O quāta pena talib⁹ hoībus de illa negligētia cō
sequet̄. Unde dt. Paul⁹ ad hebreos secūdo. Quō effugiem⁹ si
tantā neglexerim⁹ salutem: Hinc btūs Effrem dt. Charissimi
in hoc breui tp̱e si neglexerim⁹. nullam oīno excusationē habebi
m⁹ quam ꝓ facinorib⁹ nr̄is ostendam⁹. Noli ergo breuitatem
hui⁹ tp̱is negligē. ne p̱ infinita scl'a pn̄ia infructuosa postmodū
incipias tarde penitē. Igit̄ festina ne tardaueris ne cū fatuis v-
gib⁹ finaliter excludaris. Matthei. xxv. Ecce spōsus venit. ⁊ q̄
parate erāt itrauerūt cū eo ad nuptias. ⁊ clausa ē ianua. Sup̱
quo beat⁹ Grego. sic dt. O si palatū cordis sap̱e posset quātum
admiratiōis hꝫ. Ecce spōsus venit. Quantū dulcedis. intraue
rūt cū eo ad nuptias. ⁊ quātum amaritudis. ⁊ clausa est ianua.
Charissime si hec sapes ⁊ itelligēs. ac frequēter corde ten⁹ rumi
nares ad pn̄iam vtiqꝫ festināter currēs. nec temp⁹ acceptabile
et dies salutis p̱ comessatiōes ⁊ ocia īutiliter p̱deres sine fructu
Et ergo scribit̄ Apocal. ij. Memēto vn̄ excideris ⁊ pn̄iaꝫ age.
¶ Legitur apud Clareuallem accidisse. ꝙ quidā vir scūs cum
esset in orōne audiuit quādam vocē miserabilē lamentātem. et
cum inq̄reret q̄d hoc esset. Rn̄dit. Ego sum aīa cuiusdā damna
ti infelicē meam deplangēs damnationē. Et cū de pena ei⁹ que
reret̄. dixit ꝙ int̄ oīa q̄ damnatos magis excitabāt ad penā erat
amissio tp̱is sibi dei gr̄a collati. in cui⁹ parua morula potuissent
pn̄iam egisse q̄ eos liberasset a pena infernali. Un̄ Hugo de scō
victore. O ia gehēne supplicia sup̱at dei non videē ⁊ bonis carē
que in p̄tāte habuisti obtinere. Operemur igit̄ dum temp⁹ habe
m⁹. ne postmodum dicam⁹ penitēdo illud Hiēmie. viij. Trāsijt
estas. finita est messis. ⁊ nos saluati nō sum⁹. Hinc est ꝙ deuot⁹

ille Effrem nos amonet dicēs. Obsecro vos charissimi ⁊ sup-
pliciter rogo. O amici mei vigilate in hoc breui tp̄e. in hac hora
vndecima cōtendite. iam em̄ vespera ꝓperabit. cum gloria mul
ta remunerator adueniet reddē vnicuiqꝫ scd̄m opa sua. Exem-
plariter etiam ptꝫ ꝙ mortis memoria inducit hoiem ad pn̄iam
faciēdam. Vn̄ legiť de quodam milite flagitioso. ꝙ nullam pe
nitētiam a papa alexādro sibi impositam voluit acceptare. tan
dē papa dedit sibi anulum suū. vt illū in digito suo ꝓ pn̄ia por-
taret. ⁊ quādocūqꝫ eum inspicēt. ꝙ de morte sua cogitaret. Qđ
cum fecisset plurib⁹ diebus. tādem ad papam rediȷ́t dicēs ꝙ pa
rat⁹ esset oēm aliam penitētiam quātamcūqꝫ sibi iniungēt face
re ⁊ adimplere.

¶ Item legiť de quodam alio peccatore. q̇ etiam nullam a con-
fessore voluit acceptare pn̄iam. tādem confessor suus sibi hoc in
iunxit. vt p̄ciperet seruitori suo ꝙ semp̱ in primo ferculo bacu-
lum decorticatum ei p̄sentaret dicēs Domine ad memoriā re-
ducatis ꝙ necessario habetis mori ⁊ nescitis vbi. quō ⁊ quādo.
Cum autem p̱ temp⁹ aliquot hoc factum fuisset ⁊ p̱ hoc q̄ come-
debat sibi in tedium verterētur. dixit cōfessori suo ꝙ parat⁹ essꝫ
omnem aliam penitētiam facē quātamcūqꝫ etiam vellet. Nam
cor suum in seipo cōturbatum erat ⁊ formido mortis cecidit sup̱
eum. Ex p̄dictis ergo satis ptꝫ ꝙ memoria mortis facit hoiem
se humiliare omnia cōtemnere. pn̄iam aggredi siue acceptare. ⁊
ex cōsequenti pctā deuitare. Et ideo Sepe recorderis bone fra
ter ꝙ morieris. Si memor es mortis. felicis eris cito sortis.

¶ Sequūtur nūc Exempla ex variȷ́s sacrarum litteraꝝ passib⁹ homini christiano admodum vtilia

¶ Petrus damiani ad Blancam comitissam de terrorib⁹ mortis.

Pensandum quippe est cum iam peccatrix aīa vinculis in-
cipit carnis absolui q̄ꝫ amaro terrore ꝯcutitur. quātis mor
dacis cōscientie stimulis lacerať. Recolit vetita que cōmisit. vi

det mandata que negligēter implere cōtempsit. Dolet indulta pñie tpa sese inaniter pcepisse. Plorat immobilem districte vl-
tionis articulum ineuitabilit̄ imminere. Manē satagit. ire com
pellit̄. recupare vult pdita nō auditur. Post terga respiciēs to
tius trāsacte vite cursum velut vnum breuissimum deputat iti
neris passum. An̄ se oculos dirigit ⁊ īfinita ꝑhennitatis spacia
dephendit. Plorat itaqꝫ qꝛ an̄ tam breue spacium acquirē po-
tuit leticiam oīm seculoꝝ. Deflet etiam se ꝓpter tam breuis ille
cebre voluptatē inenarrabilem ꝑpetue suauitatis amisisse dul-
cedinem. Erubescit qꝛ ꝓpter illā substātiam q̄ vermib⁹ erat ob
noxia illam neglexit q̄ choris āgelicis erat inferēda. Jā radios
mētis attollit. ⁊ dum diuitiaꝝ immortalium gloriā cōtemplat̄
eam ꝓpter vite inopiā pdidisse confundit̄ Cunqꝫ sub se reflectit
oculos ad hui⁹ mundi cōuallem tetrāqꝫ caliginem. Sup se ve-
ro mirat̄ eterni lumīs claritatē. liquido dephendit qꝛ nox erat
et tenebre qd amauit. O si rediuiuū pñie temp⁹ ꝓmereri potu-
isset q̄ꝫ dure cōuersatiōis iter arriperet. quantis se deuotionum
vinculis innodaret. ¶ Interea dum ebescētes oculi cōtabescūt
dum pect⁹ palpitat. dum raucum guttur anhelat dentes ⁊ pa-
latum nigrescunt. ⁊ quādam velut eruginē cōtrahunt. Palle-
scunt ora. membra cuncta rigescunt. Dum hec ⁊ huiōi tanqꝫ vi
cine morti ꝑcedētia famulātur officia. assunt oīa gesta simul et
verba. nec ipse etiam cogitatiōes desunt. ⁊ cuncta hec amaꝝ cō
tra actorē testimonium reddunt. Coaceruātur oīa ante respu
entis oculos. ⁊ que respicere refugit. coactus ⁊ inuit⁹ attendit.
Adest preterea hinc horrēda demonum turba. illinc ⁊ ꝟtus an
gelica. In illo q̄ meli⁹ est liquido dephendit̄. cui parti iure posses
sio vendicet̄ Nā pietatis in eo vident̄ insignia visitatiōis ange
lice blādicijs delinit̄ atqꝫ armonice melodie vt exeat ꝓuocatur
Od si cum sinistre pti nigredo meritoꝝ ⁊ feditatis squalor ad
iudicet. intolerabili mox terrore cōcutitur. repētini impet⁹ vio
lentia pturbat̄. precipitatur inuadit̄. ⁊ de misere carnis ergastu
lo violēter euellitur. ⁊ ad eterna supplicia cum amaritudīe tra
hitur. Jam vero post egressionē de corpore quis explicare va
leat quot armate iniquorum acies in insidijs lateant. quot fre-
mentes cunei feralibus telis obstructi tunc obsideant. ⁊ ne libe
re trāsire possit anim⁹ velut militari more cōstipate legiōes op-

pugnant. Hec ꝛ huiõi frequēter in corde ꝟsari q̇d est aliud q̄ꝫ le nocinātia hui⁹ vite blandimēta respuere. mū̄do repudiū dare. il licitos mot⁹ carnis illudē. solidūq̄ꝫ ꝑfectiōis adipiscēde ꝓpositū indeclinabilit̄ custodire. ¶ Ex horologio eterne sapie

Tetit aū discipulū similitudo iuuenis pulcherrimi. q̇ morte ꝑ uent⁹ in ꝓximo migratur⁹. de salute aīe sue nihil disposue rat. Qui huiõi voce lachrymabili clamabat. Circūdederūt me gemit⁹ mortis dolores īferni circūdederūt me. Heu me de⁹ eter ne ad q̇d in hūc mundū nascebar. natus ex vtero cur nō statim perij. En principiū vite mee fuit cū fletu ꝛ dolore. nūc aūt finis me⁹ ꝛ exit⁹ existūt cum miserabili plāctu ꝛ merore. O mors q̄ꝫ amara ē memoria tua cordi iucundo ꝛ ī delicijs enutrito. Horri bilis p̄ntia tua ei q̇ de etate iuuenis ꝛ robore fortis. ꝛ q̇ potit̄ suc cessib⁹ ꝓsperis. O q̄ꝫ parꝝ credidissem q̄ꝓ tā cito mori debuissem. Sꝫ nunc mors misera repēte q̄si in īsidijs irrūpens irruisti sup me. ꝯphendisti me ꝛ mille funib⁹ ligasti ꝛ ī vinculis tecū trahis ferreis. sicut trahi solet dānat⁹ ad suppliciū mortꝫ. Tempus p̄ terijt. dilapsum ē et a nullo hoīm reuocari pt̄. nō fuit hora tā bre uis in q̄ spūalia lucra suo valore oīa terrena incōpabl̄r excedē tia ꝯpare potuissem. Heu me miserū. idō nunc stillat ocul⁹ meus pre dolore ꝛ palpebre fluūt aq̄s. qꝛ reuocare qḋ preterijt nō pos sum. Eya vos oēs q̇ adestis q̇ meam miseriā videtis. q̇ flore iu uētutis adhuc gaudetis. q̇ temp⁹ aptū adhuc habetis. me respi cite. measq̄ꝫ miserias ꝯsiderate. ꝛ ī meo ꝑiculo damnū vr̄m decli nate. florē iuuētutis vr̄e cū deo expendite. temp⁹ sacris occupa te actionib⁹ ne silia faciētes silia patiamī. O felix p̄nīa ꝛ couer sio matura qꝛ secura q̇ aūt tarde p̄nīe se cōmittit dubius ꝛ incer t⁹ erit. qꝛ nescit an vere aut ficte peniteat. O cras cras q̄ꝫ longā restē fecisti mihi. ꝛ in baratꝝ mortis me ꝑtraxisti. ꝑcrastinādo decepisti me. Et q̇d adhuc dicā. in ꝓrio ē tribulatio mea. vt de hoc mū̄do recedā. Attēde nūc ad me q̄so diligēter. Ecce ī hac ho ra magis gaudere ē de breui oratiūcula. puta de salutatiōe angeli ca deuote ꝑ me dicta q̄ꝫ sup milia auri ꝛ argēti. O mi de⁹ quāta bona neglexi. q̄ꝫ male accidit mihi q̄ꝓ hec nō ꝓuidi q̄n bene ꝓuidē potui. q̄t horas nunq̄ꝫ redituras ꝑdidi. q̄ꝫ modica fcā ꝛ negocia inutilia tractās tā multa ꝛ ꝑciosa bona neglexi. O mi de⁹ nunc finē verbis meis īpono. vlteri⁹ plangē non valeo. Ecce veit ho

ra q̄ me aufert de terra. Heu me nūc video. nunc experior ꝙ am
pliꝰ viuere nō valeo. ⁊ ꝙ mors ē in ꝓpinquo En manꝰ inualide
incipiūt rigescē. facies pallescē. visus obumbrari. ⁊ oculi ꝓfun-
dari ac trāsuersari. Ach me miseꝝ puncture mortis amarissime
circūdant me. ⁊ cor debile suffocare nitunt̄. O cordis angustie
et pressure mortifere. En pulsus īcipit caprisare. Anhelitꝰ defi-
cē. ⁊ q̄si ex ꝓfundo se colligē. lucem hꝰ mundi ampliꝰ non video
Et ecce iā statum alteriꝰ mundi pre ocul' mentalibꝰ quasi p̄me-
ditādo ꝑspicē incipio. O mi deꝰ q̄ꝫ miserabiles aspectꝰ. en crue-
te bestie. laruales demonū facies. nigri ethiopes īnumerabiles
circūdant me insidiātes ⁊ spectātes miserā aīam meā in ꝓximo
exiturā. si forte torquenda eis in sortē tradat̄. En sudor mortis
adest. ⁊ mēbra penetrās ⁊ victam esse naturā ⁊ iam succubuisse
attestās. O terribilis aspectꝰ iusti iudicis mihi iā p̄ntis. ꝑ timo
rem subito veniētis ꝑ exhibitionē. Hic valete socij ⁊ amici cha
rissimi q̄ꝛ hinc iam exiturꝰ oculū mentis ad purgatoriū quo iā
deducendꝰ sum cōuerto. inde nō exiturꝰ donec reddā nouissimū
quadrantē. Illic oculo cordis intueor miseriā ⁊ dolorē. penaꝫ ⁊
afflictionē multiplicē. Heu me miseꝝ inter alias debitas penas
in illo loco exurgē video flāmas igniū. ⁊ īuoluē ⁊ reimpingē q̄s
dā aīas miseroꝝ. q̄ velut scintille flāmiuome in medio ignis cā
dētis discurrūt. Sicut cū magna villa tota in incēdio ponit̄. et
in igne ⁊ fumo scintille pariter sursum ⁊ deorsum ferūtur vllu-
lātes. ⁊ pre dolore cruciatuū clamātes singule ⁊ dicentes. Mise
remī mei miseremī mei saltē vos amici mei. Ubi nūc est amico
rum meoꝝ adiutoriū. vbi ꝓmissiōes bone cōsanguineoꝝ. ⁊ alio
rum ꝑ quoꝝ inordinatū affectū nosmetipos neglexerimꝰ. ⁊ no
bisip̄is hāc penam adauximꝰ. Heu cur tot fecimꝰ. laborauimus
eis placē volētes ⁊ male remunerati sumꝰ. ardemꝰ ⁊ estuamus.
nec ab illis adiutoriū recipimꝰ. Heu cur de salute n̄ra nō nobis-
metip̄is ꝓuidimꝰ. En miꝝ afflictio purgatorij q̄ꝺ patimur sup
pliciū superat quodcūqꝫ huiꝰ t̄palis mūdi. Unice hore istiꝰ quā
patimur acerbitas penalitatis centū annos ī se putat̄ hr̄e secu-
li transeūtis miserias. Sꝫ super oīa genera tormentoꝝ ledit ni
mis. illiꝰ diuine faciei absentia. Et hec oīa p̄dicta in vltimo ago
ne cōstitutꝰ tibi ꝓ memorali relinquo. Et his dc̄is agonisando
expiro. ¶ Gregoriꝰ in omelia. ¶ Qui in q̄ꝫ sunt huma-

ne aie malo͠es inimici q̃ꝫ maligni spũs? q̃ hãc exeuntẽ a corꝑe ob
sidẽt. quã in carnis amore positã deceptorijs delectatiõibus fo
uẽt. quã vallo circumdãt. qꝛ añ mentis eiꝰ oculos reductis ini
quitatibꝰ quas ꝑpetrauit. hãc ad societatẽ sue dãnatiõis trahẽ
tes coartãt. vt ipsa iã extremitate vite dephẽsa et a q̇bꝰ hostibꝰ
circũclusa sit videat ⁊ inde euadẽdi aditũ inuenire nõ possit. qꝛ
oꝑari iã bona nõ licet. q̃ cum agẽ licuit cõtempsit. De q̇bꝰ adhuc
apte q̇ꝺ sequit̃ intelligi p̃t. Circumdabũt te ⁊ coangustabũt te
vndiqꝫ. Maligni quippe spũs vndiqꝫ angustãt aĩam. qñ ei non
solum oꝑis. ſꝫ etiã locutiõis ⁊ insuꝑ cogitatiõis iniq̇tates repli
cãt vt q̃ prius se ꝑ multa dilatauit ĩ scelere. ad extremũ de oibꝰ
angustiet̃ in retributiõe. Si em̃ districte penset̃ cuiꝰ sit põderis
improperiũ ex ore veritatꝫ agnoscit̃. cum negligẽti ⁊ futura nõ
prouidẽti dr̃ Et quidem ĩ hac die tua q̃ ad pacẽ tibi nunc añt ab
scõdita sunt ab ocul' tuis Nã cogitãdum valde est q̃ꝫ terribilis
erit hora nr̃e resolutiõis. q̇s pauor mentis. quãta tunc oim ma
loꝝ memoria. q̃ obliuio trãsacte felicitatis. q̃ formido ⁊ cõsidera
tio iudicis. Quid ergo nobis esse de pñtibꝰ ad delectationẽ de-
bet qñ simul cunctis trãseuntibꝰ non valet trãsire q̇ꝺ imminet
qñ ⁊ hoc fundit' finitur q̇ꝺ diligit̃ ⁊ illud ĩcipit̃ vbi dolor nunq̃ꝫ
finitur. Tunc maligni spũs egrediẽte aĩa sua oꝑa requirũt tũc
mala q̃ suaserũt replicãt. vt sociã ad tormẽtum trahãt
¶ Hieronymꝰ in ep̃la ad demetriadẽ Respuant̃ honores. de-
spiciãtur diuitie. Ipsa q̇ꝫ vita nr̃a martyrij amore cõtemnatur
Et hec oĩa et si ꝑ eternitatis p̃mio nõ darentur. essent tñ q̃nqꝫ
peritura. Amittũt hec etiã illi qui semꝑ cupiunt possidẽ. q̃ꝫ mul
tos memoria nr̃a retinet in maximis honoribꝰ ⁊ diuitijs cõsti-
tutos repẽte de summo illo potẽtie fastigio cõcidisse et eos qui
tumore elati aliud quidẽ q̃ꝫ hoies se iã putabant exitu suo tan
dẽ docuere nos q̇d fuerit. Quid em̃ in hoc mundo stabile q̇d fir
mũ est. q̇d porro nõ breue ⁊ incertũ. ⁊ casui nõ seruiens. Quale
illud bonũ est q̇ꝺ semꝑ timeas amittẽ vel q̇ꝺ auferẽdum abs te
metuas vel a te relinquẽdum scias. Nã ⁊ si nullo eripiat̃ casu l'
morte certe ꝑdendũ est. Et si vita nr̃a tendatur ꝑ mille ãnos et
ad extremũ illum diẽ totiꝰ etatis cottidiana deliciaꝝ volupta-
te veniamꝰ. q̃le hoc q̃so diu est q̇ꝺ fine delet̃. Age iã transactum
vite tue tempꝰ animo reuolue. Nõne videbitur tibi vmbra q̃-

dam fuisse qđ trāsijt ⁊ instar somnij tenuis incertum esse omne
qđ videtur. Hoc idem ⁊ decrepitꝰ senex sentire pt cui cōuenit di
cere cum ꝓpheta. Dies mei sicut vmbra declinauerūt. ⁊ ego si-
cut fenum arui. ¶ Ex dialogo Gregorij.
¶ Uir quidā in hoc mundo valde diues fuit Crisoriꝰ nomine
sed tm̄ vitijs plenꝰ quātum rebꝰ. supbia tumidꝰ. sue carnis vo
luptatibꝰ subditus. in acquirēdis rebꝰ auaricie facibꝰ accensus
Sz cum tot malis dn̄s finem ponē decreuisset corpali hūc mo
lestia ꝑcussit. Qui ad extremum veniēs eadem hora q̄ iam erat
de corpe exiturus aptis oculis vidit tetros ⁊ nigerrimos spūs
corā se assistē ⁊ vehemēter imminere vt ad inferni claustra se ra
perēt. Cepit tremiscē pallescere ⁊ sudare. ⁊ magnis vocibꝰ in-
ducias petē. filiumq̄ suū noīe maximum quem ipe iam mona-
chus monachum vidi nimijs ⁊ turbatis vocibꝰ clamare dicēs
Maxime curre. nunq̄ tibi mali aliq̄d feci. in fide tua me suscipe.
Turbatꝰ mox maximꝰ affuit lugēs ⁊ ꝑstrepēs familia cōuenit
Eos aūt q̊s ille insistētes sibi grauiter tolerabat. ipi malignos
spūs videre nō poterāt. sed eoꝝ p̄ntiaȝ in cōfusione ī pallore ac
tremore illiꝰ qui trahebat videbāt. Pauore autē eoꝝ tetre ima
gis huc illucq̄ ꝟtebat. in lectulo iacebat ī sinistro latē aspectum
eoꝝ ferre nō poterat. ꝟtebat ad parietē ⁊ ibi erāt. Cūq̄ cōstri-
ctus nimis etiā se relaxari despauit. cepit magnis vocibꝰ clama
re. Inducias vsq̄ mane. Sz cum clamaret in ipis vocibꝰ de ha
bitaculo sue carnis euulsus ē De q̄ nimiꝝ cōstat q꞉ ꝓ nobis ista
nō ꝑ se viderat vt eiꝰ visio nobis ꝓficiat. q̊s adhuc diuina potē
tia lōganimiꝰ expectat. Nā illi tetros spūs an̄ mortē vidisse et
inducias petisse. q̇d ꝓfuit qui easdē inducias quas petiuit non
accepit. ¶ Itē aliud idē. ¶ Est apud nos athanasiꝰ
presbyꝰ licaoni q̇ in diebꝰ suis licconij rem terribilē narrat eue
nisse Ibi nāq̄ vt ait q̊ddā monasteriū cōgalaton dr̄. in q̊ quidā
monachꝰ magne estimatiōis habebaꝰ. bonis quippe moribꝰ vi-
debaꝰ. at in oī sua actiōe ꝯpositꝰ. Sz sicut ex fine res patuit lon
ge aliter q̄ apparebat fuit. Nā cum se cū fribꝰ ieiunare mōstra
ret. occulte mādu care cōsueuit. qđ eiꝰ viciū frēs oīno nesciebāt
Sz corporis ⁊ mentis molestia ad vite extrema perductꝰ est.
Qui cum iā essȝ ad finem frēs ad se omnes q̇ in monasterio in-
erant congregari fecit. At illi vt putabant tali viro moriente

magnū quid ac delcābile se ab eo audire crediderūt. Quib⁹ ille afflict⁹ ꝛ tremens cōpulsus est ꝓdere. qn̄ hosti tradit⁹ cogebat exire. Nā dixit. qn̄ me ieiunare vobiscū putabatꝭ. occulte come debā. Et ecce nūc ad deuorandū draconi sum dat⁹ q̄ cauda sua genua mea pedesq̨ colligauit. caput vero suum intra meum os mittēs spm̄ meū ebibēs abstrahit. Quib⁹ dcīs statim defunct⁹ ēst. atq̨ vt penitēdo se liberare potuissꝫ a dracone quem viderat expectat⁹ nō est. Qd̄ nimiꝝ cōstat qꝛ ad solā vtilitatē audienti um viderat eū hostē cui tradit⁹ fuerat ꝛ innotuit ꝛ nō euasit.

¶ Ex vitispatꝝ Exemplum.

¶ Abbas syluis sedēs in cella sp̄ claudebat ostium suum. Dicebāt aūt de eo ipo qꝫ in die dormitiōis sue cū sederēt circa eū pr̄es resplēduit tanq̨ sol facies ei⁹ Et dr̄ eis. Ecce abbas Anthonius venit. ꝛ post pusillū rursus dr̄ eis. Ecce chor⁹ ꝓphetaꝝ. Et iterū ampli⁹ facies ei⁹ resplēduit ꝛ dr̄. Ecce chor⁹ aploꝝ venit. Duplicit adhuc refulsit facies ei⁹. ꝛ ecce ipse cū aliqb⁹ loq̄bat. Dep̄cati sunt aūt illum senes dicentes. Cum q̄ loq̄ris pr̄. Qui dixit eis. Ecce angeli venerunt accipe me. ꝛ rogo vt dimittar penitere modicū. Dicūt ei senes. nō indiges pn̄ia pr̄. Dixit āt illis. vere nescio me vel initiū pn̄ie fecisse. ꝛ cognouerūt oēs qm̄ ꝓfect⁹ est. Et rursum fcā est facies ei⁹ sicut sol. ꝛ timuerūt oēs. Dixit aūt eis. Videte ecce dn̄s venit dicēs. Afferte mihi vas electionis hxremi. ꝛ cōtinuo reddidit spm̄. Et factum ē fulgur ꝛ repletus est tot⁹ ille locus odore suauitatis

¶ Ex vita sancti Hieronymi

